CASPARIS BARTHI

# ADVERSARIORVM COMMENTARIORVM LIBRI SEXAGINTA.

ANTIQVITATIS, TAM GENTILIS QVAM CHRISTIANAE, ILLVSTRATAE.

## TOMVS. I.

ΑΝΤΙΘΕΟΝ·ΤΟΤΕ·ΧΡΗΜΑ·ΒΡΟΤΩΝ·ΜΕΓΑ·ΘΑΥΜΑ·ΘΕΩΝΤΕ.
ΕΜΨΥΧΟΝ·ΕΙϹΟΡΟΩΝ·ΞΥΝ·ΓΑϹΓΕΡΙ·ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΝ.
ΒΑΡΘΙΑΔΗ·ΚΑΛΟΝ·ΕΙΠΕ·ΧΡΟΝΩΝ·ΚΟϹΜΗΤΟΡΙ·ΠΑΝΤΩΝ.
ΕΛΛΑϹΤΕ·ΑΥϹΟΝΙΗΤΕ·ΤΟ·ϹΟΝ·ΚΛΕΟϹ·ΑΙΘΕΡΑ·ΒΑΙΝΕΙ.

* * *

ΕΥΣΕΒΙΑϹ·ΚΛΥΤΟΝ·ΟΜΜΑ·ΕΡΑΤΟΥϹ·ΠΟΛΥΔΑΙΔΑΛΟΝ·ΕΡΝΟϹ
ΤΟΙΟϹ·ΕΗΝ·ΕΤΕΩΝ·ΤΡΙϹ·ΔΕΚΑ·ΒΑΡΘΙΑΔΗϹ.

# CASP. BARTHI
# ADVERSARIORVM COMMENTARIORVM
## LIBRI LX

QVIBVS EX VNIVERSA ANTIQVITATIS SERIE, OMNIS generis, ad VICIES OCTIES CENTVM, AVCTORVM, plus CENTVM QVINQVAGINTA MILLIBVS, loci; tam GENTILIVM quam CHRISTIANORVM, Theologorum, Jureconſultorum, Medicorum, Philoſophorum, Philologorum, Oratorum, Rhetorum &c. obſcuri, dubij, maculati, illuſtrantur, conſtituuntur, emendantur, Cum RITVVM, MORVM, LEGVM, Sanctionum, Sacrorum, Ceremoniarum, Pacis Belliq; Artium, Formularum, Locutionum denique, Obſervatione & Elucidatione tam Locuplete & Variâ, ut ſimile ab uno homine nihil umquam in litteras miſſum videri poſſit.

*EDVNTVR PRÆTEREA EX VETVSTATIS MOnumentis præclara hoc opere non pauca, nec viſa hactenus, nec videri ſperata.*

CVM VNDECIM Indicibus; VII AVCTORVM, IV Rerum & Verborum.

FRANCOFVRTI,
Typis Wechelianis, apud Danielem & Davidem Aubrios, & Clementem Schleichium.

M. DC. XXIV.

# OPTIMO,
## MAXIMO,
## INVICTISSIMOQVE,
*ROMANORVM IMPERATORI,*
# FERDINANDO
## SECVNDO:
*PERPETVO AVGVSTO.*

QVANTVS MAXIMORVM PRINCIPVM in Litteras, & Litteratos AMOR Semper fuerit, IMPERATOR AVGVSTISSIME, Omnes CHRISTIANOS potius lateat, cum nemo tamen eorum hunc neſciat, quam Te, Eorum Summum. Ijs enim invictis Majoribus Majeſtas tua orta eſt; eum hactenus Favorem Studijs Doctrinarum præſtitit, ut & ab Atavis imbibiſſe, ni

& ipſamet Virtutem eam ſeſe docuiſſe videri poſſit. Nulla non monumenta Poſteritati immortalibus teſtimonijs loquentur AVSTRIACAE Domus, TVTELAREM omnibus Diſciplinis, Clementiam. Nemo non Eruditorum hominum Tuam in eâ Majeſtatem ſuæ commendabit Aeternitati; qui, pacato Chriſtiano Orbe, refloreſcentibus Animorum Cultibus, Vindex & Inſtaurator jam collabentium Litterarum, exſpectaris: Quæ me cauſſa nunc impulit ut Donarium hoc COMMENTARIORVM meorum, (quibus univerſæ Antiquitatis, Græcæ & Romanæ, Scriptores, emaculare & illuſtrare ſum aggreſſus, gnarus ex ijs, ceu perpetuis fontibus, omnium Eruditionum flumina procedere, qui ſi in penetralibus, & velut cubilibus ſuis, inquinati permaneant, non poſſe fieri, quin ipſi etiam progreſſus contaminentur Diſciplinarum,) ad Auguſtum Pulvinar Invictiſsimæ Majeſtatis tuæ deponam. Depono autem hoc eâ animi devotione, quâ decet, oblato munere, venerari Maximum Chriſtiani Orbis PRAESIDEM, eâ Spe, ut Clementiæ Tuæ SOLEM, Opus hoc immenſum, & penè incomparabile, meum, confidam, eâ Benignitate adſpecturum, ut ad infinita alia in Publicum, ſub Invictiſsimæ Majeſtatis tuæ Patrocinio Cæleſti, communi Mortalitatis bono, proferenda, accendar. Quam

in

# C. BARTHI
# ADVERSARIORVM COMMENTARIORVM
## LIBER PRIMVS.

### CAPVT I.

*De Gloſſis Baſilicorum. aſſertum caput.* CCXXXIX. *de V.S. Advenæ. de Papiâ. Avunculus. Habitatio. Hauſtrum. Adnata. Æſtimati. Adventor. Adeſſe. Adulter. Adulterium Reviſio. Abſtinare. Deſtinare. Ædiles. Æſtimantia. Ædilicola. Album. Album militaris tabula. Emendantur multoties gloſſæ Baſilicorum. Laudantur Ioannes Meurſius & Carolus Labbæus.*

VTILES non paucis Iuriſprudentiæ apud Romanos Græcæ Obſervationes atque Expoſitiones habent Gloſſæ quas Baſilicorum inſcribunt, editæ ab optimè eo opere de omni ævo merito Carolo Labbæo. In iis quædam nihil non tentantes, & pervolitantes omnia latè loca, perviam animadvertimus, huic paginæ illita quò pereant potius hic, quam ut in Codice edito intereant. Primâ ſtatim voce erratum eſt, ſed correctu non difficile, modo curam ſuperficiariam adhibere non abnuas. Scribendum enim [illegible]. Ab adita hereditate. Secundâ [illegible]. Scribendum arbitror. [illegible] vel [illegible]. Sed & iſtarum gloſſarum conſarcinatores, (non enim eſt unus,) non diſtinguunt, ſonum ſaltem ſecuti, nec fuerunt Latinitatis curioſi. Sunt autem *advenæ* Coloni, miſſi domo ſuâ, alias terras cultum. Pomponius cap. CCXXXIX. De Verborum Significatione. *Advena eſt quem Græci* [illegible] *appellant*; Nec credendum Haloandrinis Codicibus qui [illegible] ſubſtituunt. Conſentiunt Magiſtri veteres: Nam cum unus eorum in Onomaſtico ſcribat: *advena* [illegible]: Alter reddit [illegible], *Accola, Incola, Colonus.* Eodem alludit Papias, veterum Gloſſographorum compactor, nec ſemper futilis, qui neſcio ex quo eorum *advenas* exponit de uno loco venientes. Nam agminatim turmatimque migrabant populi aut urbes transferebantur. Mox emaculandum: [illegible]. Gloſſarium Vetus. [illegible], *Abigit.* Ita deinceps ſcribendum. Mox corrupta facilè ſanare poſſunt uſque ad [illegible]. Aſſentiendum eſt eruditiſſimo, nobiſq; amiciſſimo, viro Ioanni Meurſio legenti [illegible]. Gloſſographus. [illegible], *Avunculus.* In membranis fuit [illegible]. Præſtans eruditionis Labbæus legit [illegible]. Quæ verba penè eadem priore proximâ paginâ exſtant. Sed primùm ego verbum rectè correctum arbitror, non æquè cæteris adſentimus. Nam *habitatio* non jus habitandi ſonat, ſed id quod pro habitatione ſolvitur, iſto quidem eoque quem hic ſcriptor animo habuit, loco. Vt dicimus *ſolvere habitationem*, pro argento, quod eo nomine debetur. Et alia talia in libris Iuris obvia ſunt. Revertimur ad paginam primam. [illegible]. Veriſſimè nobiſcum leges. [illegible]. Et mirè talia corruperunt Græci, quę nequaquam rectè pronunciare aut ſcribere norunt. Nonius. *Hauſtra propriè dicuntur rotarum cadi ab hauriendo, ſicut Græcè* [illegible]. Lucretius libro Quinto.

*Vt fluvios verſare rotas atq; hauſtra videmus.*

De antliis & hauſtris plura Pithœus Adverſar. LII. c. XVI. Deinde. [illegible]. Legendum ariolamur [illegible]. Quorum domeſtici dominiatque naturales ſumus, non acquiſivimus, ſed hæreditate indepti ſumus. Poſt non multa [illegible]. Suſpicor legendum [illegible] *ab avelando*, puto. Sed veriùs videtur abjecto [illegible]. Poſſis & [illegible]. Nam delator & adulator ejuſdem ſunt cenſus. Statim: [illegible]. Suſpicor reducendam [illegible], quod ad Ædilicium Edictum ſpectare arbitror, potiùs quidem quam alioſum. [illegible]. Eruditiſſimus Labbæus [illegible]. Sed puto nullâ mutatione opus eſſe: Nam qui accurrit alicui ad auxilium ferendum, *adeſſe* illi dicitur, ergò *adventor* exponitur opem ferens, non incongruè. *Adeſſe, auxilio, emolumento eſſe* transfertur à Medicis ad pharmaca curativa, ut alibi his libris notaturi ſumus. Alioqui forenſe verbum, pro patrocinio aut teſtimonio adeſſe, ut notat Donatus ad Terentium. Sic Plinius Valerianus libro IV. cap. XI. de Malis. *Galenus pronunciat in his tantum eſſe vitia, quæ fruſtrà antibus adjudicantur, ipſe auſteris & ſtypticis adeſt.* Hoc eſt ea laudat, & in bonâ æſtimatione tuetur. Multa verò etiam errata deprehendere licet huius ſcriptoris. Vt manifeſtum ex iis quæ ſcribit in [illegible]. Niſi ſi poſteriora verba aliunde irrepſerunt, & ad aliam Notam pertinent. Talia verò alibi non pauca agnoſcimus. Nec Græcitatis ipſius ſatis peritus fuit hic Rhapſodus. Pulcra verò deductio adulteri à falſis Monetariis [illegible]. Sequior ætas, quæ in Etymologiis extricandis omnem eruditionis ſummam ponebat, argutari voluit *Adulterum* dictum quod *alienum alterum teneat*: ut vides in magno acervo Gloſſarum undique me-

hoc loco legendum eſt, *ejuſque homini* id eſt ſervo atque mancipio, ut varij juris tū ſervitia apud Barbaras gentes fuerunt. Exēpla innumera ſunt, quę otioſum congerere. Deinde *Baſtonicum* non eſt arctiſſima cuſtodia tantum, uti Pithæus in Gloſſario ad hoc Opus explanare voluit, ſed compages quędā lignea quâ ſedentis hominis pedes modo porrecti modo incurvati includuntur ut nullo modo eos movere poſſit, *baſtonicum* dicta quia lignea & fortè—dolatis fuſtibus olim compacta, unde à ligno inculto ad huc apud Germanos nomen habet. *Baſton* autē hodie quoq; apud Italos, Gallos, Hiſpanos, fuſtē notat. Quin Latinò vocabulo *ſtipites* vocabantur tales compedes ſeu pedicæ Petrus Damianus Epiſt ad Hildebrandū. *liber itaq; ſub qualem mentis energiâ quaſi dus ſtipitibus attritus agitare pedes diceris, catenis edomitas elevare cervices.* & *Lignea vincula*. Scriptor Exſilij Martini Papæ in Collectaneis Anaſtaſij Bibliothecarij. *Nos dudicimus quia vi fecit libellū Pyrrhus Romæ, & quia vincula lignea ſuſtinuit.* *Infra regnum* intra id ſonat, ut alibi his libris & in Synodo Bavaricâ ſub Thaſſilone Anni DCCLXXII. *Ut nullus ad mallum vel ad placitum infrà patriam arma id eſt lanceam & ſcutum portet.* In eodem Capitulorum libro. cap. CXCIII. vetantur Bacchicæ ſaltationes & ululationes quæ à paganis remanſerunt per diaboli exſecrandum cultum uſq; ad noſtra tempora. Inibi ſcribitur: *Illas vero balationes & ſaltationes canticaq; turpia ac luxurioſa & illa luſa diabolica non faciat nec in plateis nec in domibus neq; in ullo loco, quia hæc de paganorum conſuetudine remanſerunt.* Vides noſtra quoq; Bacchanalia Paganiſmo deberi. Cui rei nomen ipſum indicium eſt; tam quondam celebre atque divulgatum, ut omnes turpiſſimi motus, & fœdi ſaltus geſtuſque dicerentur Bachaniæ. Baldericus libro. II. Chronici Cameracenſis cap. V. de Energumeno ſanato. *Iſte namque ore ſpumans, dentibus frendens, licet manus poſt terga revinctus, & à ſuis miſerè caſus, vix tamen teneri poterat quin ex totis viribus omni bachaniæ importunitate Diabolo violentiam ſuggerente, vacaret.* Idem cap. XI. Ejuſdem Libri. *In diebus autem Dodilonis Epiſcopi videntes Canonici Nordmannorum bachaniam circa illam provinciam ubique deſævire, &, ut ſuperius memoravimus, profanatis ſacris cultibus ſanctas Dei caſas incendere, ſacras reliquias cum ſuis quibuſque neceſſariis in noſtram Eccleſiam detulerunt.* In Caroli autem ſive Ludowici loco Ballationes ſunt deformes dæmoniacæque ſaltationes & tripudia qualibus malos ſpiritus cultos clarum vel ex ſacris Litteris.

## Cap. XXXII.

*Zythus. Meth. Camus. Curmen. Bira. Heſychius tentatus* βρύτιον. βῦρ. ζῦθος. πῖνον. *Ariſtotelis locus tentatus, ut & Athenæi. Cereviſia.* ζῦθος. *Locus Vegetij aſſeritus. Alia non protrita.*

ZYTHUS veterum quid ni referat Cereviſiam noſtratem nunc non modo Germanorum potum, ſed Gallorum quoq; ut & olim & Belgarum etiam non minore copiâ, quam quos nunc Germanos vocamus. Veteribus autem populis loca Scythia & Tranſdanubiana colentibus, qui nunc iis quoq; gentibus eſt qui Moſcoſcythæ appellandi ſunt, non ignotus fuit, tinctum ex melle decocto & defoſſo factus, quem *Meth* nominant. Sed & Hunni veteres temporib; jam dum Attilæ eumdem, vel hujus certè progenitorē agnoſcunt (ut omnia humana longo ævo altius exſcendunt,) Simulq; aliam ſpeciem potionis quam Camum appellabant. Sic enim ſcribit Priſcus Rhetor qui & vidit Attilam & cum eo aliquando epulatus eſt, quo loco cereviſiam deſcribi nemo negabit. καὶ τούτους μὲν ἐν τοῖς μονοξύλοις πλοίοις διέβημεν, οἷς οἱ προσοικοῦντες τοὺς ποταμοὺς κέχρηνται, τοὺς δὲ λοιποὺς ταῖς σχεδίαις διεπλεύσαμεν, ἃς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν οἱ βάρβαροι διὰ τοὺς λιμνάζοντας φέρουσι τόπους. ἐχορηγοῦντο δὲ ἡμῖν κατὰ κώμας τροφαί, ἀντὶ μὲν σίτου κέγχρος, ἀντὶ δὲ οἴνου ὁ μέδος ἐπιχωρίως καλούμενος. ἐκομίζοντο δὲ καὶ οἱ ἑπόμενοι ἡμῖν ὑπηρέται κέγχρον, καὶ τὸ ἐκ κριθῶν χορηγούμενον πόμα, κάμον οἱ βάρβαροι καλοῦσιν αὐτό. Curmen legit Philoxenus in Gloſſario. *Curmen*, ζῦθος ἀπὸ ζύμης. Niſi ſi ea vox ibi corrupta eſt. Sed & Zythus ipſe nō abſimilis confectio noſtræ Cereviſiæ erat, ut patet ex iis quæ vir longè eruditiſſimus Adrianus Junius Animadverſorum libro. II. cap. XII. conſcripſit. Mirum autem mihi ſæpius factum eſt veteres auctores cum potus Gallici & Germanici ex hordeo facti non raro meminerint, nomen ejus *Biram* nempe, non expreſſiſſe. Cum non dubium ſit vetuſtiſſimam, hanc appellationem eſſe, cujus in Idiotiſmo noſtro reliquiæ & indicia ſunt procul antiquiſſima. Sed nec dubium mihi deſcribentium inſcitia depravata eſſe Græcorum Latinorumq; ſcriptorum exemplaria, cum Barbara ejus potus appellatio non ſubiret ipſorum captum. Itaque eo labor ut quod apud Heſychium vulgo editur, βρύτιον εἶμα ἐκ κριθῶν, trajectione litteræ ſit ſcribendum βιρύτιον, ut alludat, appellationem ejus potus vox detorta ad Græcam pronunciationem. Sed quis ſcit an non *Biram* noſtram & Zythum junxerit doctiſſimus omnium Grammaticorum, ſcribendo. βῦρ. ζῦθος aut ζῦθος. Qua de re velim attentius cogitare qui nobis theſaurum illum eruditionis antiquæ aliquādo exhibituri ſunt illuſtratum. Siquidem tamen ſunt homines tam divini. Nec vero apud Ariſtotelem quod ſcriptum citatur, tale genus potus πῖνον nuncupari, ego interpolare verecunder, & πίνον ſcribendum aſſeverare. Idem genus Athenæus βρῦτον cum nominat, etiam ipſe emaculatione indigere videtur, & ſcribi apud eum debere. βίραν. Hinc videri facilè poteſt quam Græci etiam auctores hoc verbum protulerint, mentionemq; noſtri gentilitij potus fecerint, ſiquidem librariorum ſtupores eos non maculaſſent. *Zythum* quod initio cereviſiam noſtram appellari poſſe diximus confirmat clariſſimè Auctor veteris Onomaſtici quod à doctiſſimis viris magno pretio habetur. ubi *Cereviſia* ζῦθος exponitur. Heſychius vero nobilius vocabulum illi non invidet & ζῦθος οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενον exponit, quæ totidem verba & apud Suidam inveniuntur. Quæ vero Hunnica vox legitur apud Priſcum κάμος, prorſus à Germanico Idiomate hoc in ſignificatu aliena eſt, & fruſtra laboret qui Humum ſeu, ut Vegetius Veterinari. lib. IV. cap. VI. vocat. *Humuſcum*, velit in Germanorum locutionem traducere. Malè vero eo loco Vegetij Volſci Hunnis ſubſtituuntur à Codicibus quos olim Joannes Sambucus ei ſcriptori contulit. Nec tam antiquis Vegetius iſte ut poſſit Hunnos ignorare, ut pote quos & diſertim nominat in prooemio libri Secundi, & eodem ſexto libri quarti capite *Toringorum* mentionem facit claram. Quæ gens quamvis nota priſcis Romanis fuerit, non tamen adeo fuit ut tam vulgatis accenſeri potuerit, qualibus eo loco accenſetur à Vegetio. Porro potionis illius quæ *Medos* ab Hunnis vocabatur ætate Priſci, quod nomen etiamnunc retinet, fit autem ex melle, uti ſupra diximus, meminerunt etiam alij ſcriptores, ut Hieronymus ad Nepotianum de Vita Clericorum favos decoqui in dulcem & barbaram potionem dicit, hanc ipſam innuens, cujus verba ſupra lib. I. cap. IX. poſuimus, & à correctione eruditiſſimi Rutgerſij defendimus nunc quoque. De Zytho Ægyptiorum memoria etiam non indignum quod ſcribit libro primo Diodorus Siculus, potum illum ex ordeo factum odoris ac ſaporis jocunditate non multum vino ceſſiſſe. Quod Heſychio conſonum.

)?(